



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 33. Caput XIX. De gratiis expectativis, & Reservationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.

A. C. 1562.

„bere, licebit etiam Synodo provin-  
 „ciali, si qua in supradictis circa exa-  
 „minationis formam addenda, remitte-  
 „rendave esse censuerit, providere.

Hoc decreto Synodus videtur sta-  
 bilire id, quod in variis Regionibus vo-  
 catur *concurfus*, qui tamen in Francia  
 non est usitatus.

§. XXXIII.

## C A P U T XIX.

*De gratiis expectativis, & Reserva-  
 tionibus.*

„Decernit sancta Synodus, mandata  
 „de providendo, & gratias, quæ  
 „expectativæ dicuntur, nemini am-  
 „plius, etiam Collegiis, Universitatibus,  
 „Senatibus, & aliis singularibus per-  
 „sonis, etiam sub nomine indulti, aut  
 „ad certam summam, vel alio quovis  
 „colore concedi, nec hætenus conces-  
 „sis cuiquam uti licere, sed nec refer-  
 „vationes mentales, nec aliæ quæcum-  
 „que gratiæ ad vacatura, nec indulta  
 „ad alienas Ecclesias, vel Monasteria  
 „alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ec-  
 „clesiæ Cardinalibus, concedantur, &  
 „hætenus concessa abrogata esse cen-  
 „seantur.

Porro gratia expectativa vocatur  
 Rescriptum, seu Pontificis diploma, quo  
 Collator beneficium proxime vacans,  
 ad

Sæcul. XVI.  
A. C. 563.

ad quod conferendum jus habet, cui-  
dam Clerico in Papæ literis designato  
conferre jubetur: mandata autem *de*  
*Providendo* sunt idem, ac gratiæ exspe-  
ctativæ, quæ non respiciunt beneficia  
jamjam vacantia, sed duntaxat vaca-  
tura, atque in hoc distinguuntur a pro-  
visionibus ob cessionem, vel mortem,  
quæ sunt circa beneficia jam actu  
vacantia. Hæ gratiæ expectativæ in  
capite mox relato per Synodum abro-  
gantur, excipiendæ tamen sunt illæ,  
quæ concernunt Graduatos, atque Indulto  
provisos, necnon illos, qui ob fidelitatis  
juramentum, vel ob felicem Regni pos-  
sessionem Regium diploma obtinuerunt.

Reservatio appellatur reservata Pon-  
tifici facultas conferendi quædam be-  
neficia, cuicumque ipsi bene visum fue-  
rit, ita, ut Ordinarius Collator ejus-  
modi beneficium conferre prohibeatur:  
porro alia reservatio dicitur perpetua,  
alia vero temporalis, ex quibus prior  
sit, dum Papa quædam beneficia tam  
sibi, quam suis Successoribus, Sacræ-  
que Sedi reservat: posterior autem tunc  
datur, quando quoddam beneficium  
conferendi potestatem sibi reservat, quo-  
ties sibi placuerit: ceterum solus Papa  
reservatione uti potest, per hæc autem  
Reservationes non privat Ordinarium  
ipsa

Sæcul. XVI. ipsa possessione, sed duntaxat usum ad  
A.C. 1563. aliquod tempus ab eo removet.

§. XXXIV.

C A P U T XX.

*De modo, quo causæ in tribunali Eccle-  
 siastico instituendæ sint.*

„Causæ omnes, ad forum Ecclesia-  
 sticum quomodolibet pertinentes,  
 „etiamsi beneficiales sint, in prima in-  
 „stantia coram Ordinariis locorum dun-  
 „taxat cognoscantur, atque omnino fal-  
 „tem infra biennium a die motæ litis  
 „terminentur: alioquin post id spatium  
 „liberum sit partibus, vel alteri illa-  
 „rum, iudices superiores, alias ta-  
 „men competentes, adire, qui causam  
 „in eo statu, quo fuerit, assumant, &  
 „quamprimum terminari curent, nec  
 „antea aliis committantur, nec avocen-  
 „tur, neque appellationes ab eisdem  
 „interpositæ per Superiores quoscun-  
 „que recipiantur, eorumve commissio,  
 „aut inhibitio fiat, nisi a definitiva, vel  
 „a definitivæ vim habente, & cuius  
 „gravamen per appellationem a defini-  
 „tiva reparari nequeat. Ab his exci-  
 „pantur causæ, quæ juxta canonicas  
 „sanctiones apud Sedem Apostolicam  
 „sunt tractandæ, vel quas exurgente,  
 „rationabilique causa judicaverit sum-  
 „mus Romanus Pontifex per speciale  
 „rescri-